

ABBATIS PANORMITANI IN TERTIVM DECR. LIBRVM

Commentaria Pene Diuina, quamplurium Iurisconsultorum adnotationibus illustrata.

Et hac omnium postrema Editione ab innumeris prope mendis, quibus undique scatebant, sic purgata, ut si cum alijs editionibus conferas, nostram proculdubio diligentiam probabis.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerici debent summonere cauere, ne interueniant in iudicijs.
- 2 Iudices, quando sunt in peccato mortali, non prohibentur iudicare ex potestate officij.
- 3 Iudex, qui est in peccato, magis peccat alios iudicando.
- 4 Sacerdotes, qui sunt in peccato, magis peccant iniungendo alijs penitentiam, licet absolutio ab ipsis facta ualeat.
- 5 Preces malorum sacerdotum, an prosint, vel noceant illis pro quibus sunt.
- 6 Et ibidem, quod malus sacerdos ita conficiat, ut bonus.
- 7 Ambasiatores debent eligi beneuoli illi, cui mittuntur.
- 8 Sacerdos malus ex officij potestate prophetare potest. Et ydem, an sancti & boni sacerdotes spiritum sanctum perpetuo habeant, an uero ab eis interim ad tempus secedat, & que differentia sit inter Sanctos, & Christum respectu spiritus sancti.
- 9 Clericorum appellacione qui ueniant.
- 10 Præuilegium concessum clericis comprehendit omnes clericos cuiuscunque ordinis, seu dignitatis sint.
- 11 Episcopi non ueniunt appellacione clericorum in materia odiosa, sed secus in materia fauorabili.
- 12 Mixtum an ueniat sub simplicibus. infra c. 1. nu. 6.
- 13 Ecclesia parochialis appel. non uenit illa, quæ est parochiata & collegiata.

Præfatio in Tertium Librum Decret.



Mnipotentis Dei

postulato suffragio, ut ostendā in volumine ordinē fuisse seruatum, continuanda est primo rubrica ad præcedentia. quæ per do. duobus modis continuat, & primo sic. Supra uisum est de iudicijs, & de eorū singulis partibus: sed quia clerici debent ab eis, quantum possunt abstinere (nam esse seruos Dei paruo in commodo a strepitu iudiciorum esse quietos. ut in

- 1 c. 1. supra de iudico) † & quoniam non solū a iudicijs abstinere debent, sed uita & honestate fulgere, ideo post tractatum iudiciorum subiicitur hæc rub. Hæc tamen continuatio non est multum cōnexa cū præcedentibus. Vnde forte ponitur secunda. Quia supra uisum est de iudicijs, & iudices maxime clerici non debent esse in peccato, maxime cum iudicant. 3. q. 7. iudicet, ideo post tractatum iudiciorū subiicitur, qualiter clerici debeāt se habere in uita & honestate, ut sic uitent omnē maculam. Aduerte tamen, q̄ in hac continuacione doctores simpliciter dicunt, q̄ existentes in peccato non possunt iudicare, quod non est simpliciter uerum. Dic † ergo, q̄ de merito uite iudicare alios non possunt, sed ex potestate officij sic. Vide de hoc. 3. q. 2. c. fi. & 3. q. 7. in glo. summe plene per Inn. in c. seiscitatus, supra de refer. & in c. cum venerabilis, de excep. Peccat † tamen iudex alium iudicando, si ipse sit peccator, ut in c. iudicet, & in c. grauibus, & in c. qui sine. 3. q. 7. Et idem dic in sacerdotibus respectu fori penitentialis. Peccant † enim si existentes in peccato, alijs penitentiam iniungunt, licet absolutio teneat. Debent enim primo se corrigere saltem per contricionem, & postmodum penitentiam alijs iniungere, & uide tex. cum gl. in uer. iudicadus, de pœ. di. 6. c. 1. glo. in d. c. in grauibus. Et † utrum malorum sacerdotū preces noceant, uel prosint illis, pro quibus fiunt, uide tex. cū

glo. in d. c. in grauibus, melius uide 49. dif. in sum. Item adde & aliud, q̄ licet malus sacerdos ita conficiat, sicut bonus. 1. q. 1. multi tamen facilius exaudiuntur boni sacerdotes, quàm mali. 1. q. 1. in c. ipsi sacerdotes. Cum. n. in intercessores apud Deum, si displicet Deo, nedum non exaudiuntur, sed potius Deū ad iram prouocant: unde tex. no. in d. c. in grauibus, dicit, q̄ si is qui displicet, an intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. † Et a no. illum tex. perpetuo pro ambasiatoribus a destinandis, ut eligantur hi, qui sunt beneuoli & accepti illi, ad quem mittuntur. Nam si displicent, redibunt sine effectu. malus † tamen sacerdos ex potestate officij etiam prophetare potest, ut prophetauit Cayphas. Nam dicitur in Euangelio, prophetauit & c. Idem fecit Saul, dum prophetauit Dauid persequens. uide de prædictis bonum tex. 1. q. 1. c. dictum, & c. prophetauit. Et utrum sancti & boni sacerdotes habeant semper spiritum sanctum, an uero recedat ad tempus, & quæ differentia fuit inter Sanctos & Christum respectu Spiritus sancti, uide tex. in c. querendū, de pœ. dist. 2. Tertio potest continuari & apertius, ut supra in proœ. cōtinuatur. Nam in primo libro dixit de personis, & officiorum, in secundo de actibus hominum in iudicio. restat uidere de actibus hominum extra iudicium tam respectu clericorum, quàm laicorum. Et quia clerici sunt digniores laicis, primo hic tractat in tertio de actibus clericorū, in quarto uero de actibus laicorum. Tractaturus igitur auctor in hoc tertio libro de actibus clericorum, uoluit præmittere istam rubricam, de uita & honestate clericorum: quia præ omnibus debet clericis uita & honestate fulgere. Et ne rub. redarguatur de superfluitate dic, q̄ uerbum, uita, concernit necessaria ad uictum clericorum, ff. de uerb. sign. l. uerbo uictus. Verbum honestatis concernit clericū respectu morū. Materia huius rub. habetur. 23. dist. his igitur, & c. clerici, cum quatuor c. seq. & 40. & 41. & 44. dist. per totum. & Gul. in repet. huius. ti. colligit iura, per quæ probat honestatem clericū inductam per singula membra

- 8 a capite usque ad pedem, repetitur in 6. & cle. † Sed circa b istā rub. quærit de uili q. q. appellacione clericorū a comprehendant? dico, q̄ largo sumpto uocabulo, ueniunt oēs in quacunq; dignitate sint positi, ex quo sunt electi ad seruitiū Dei: unde oēs, qui sunt laici, dñr clerici, ieiū duo sint genera Christianorū, unum clericorū, aliud laicorum, ut dicit Hiero. 12. q. 1. duo sunt genera. Hoc probat primo ex Etymologia uocabuli, ut 21. di. clerus, & c. cū fm, de p̄b. & in d. c. duo sunt genera. Dñr. n. clerici a clerus, Græce, q̄ est fors Latine: quia sunt electi in sortē dñi, ut innuitur in dictis iuribus. Hoc et probatur hic in rubro iuncto nigro. Nā in rub. solū d̄r de uita & hon. cle. & in nigro fit mētio nedū de simplicibus clericis, sed de prælatīs et Epīs, ut in c. si clerici, infra eo. Idē probat in tit. de cler. agro. infra eo. & 9 in 6. li. & ibi p̄ Io. Mona. Priuilegium † ergo tributū simpliciter

ADDITIONES.

- a Ambasiatoribus. Adde Alex. in c. ad apostolicæ. in prin. infra de re iud. in 6. SEB. S A P. Ambasiatoribus. Vide Corfe in sin. gu. suis in uer. ambasiator. circa finem.
- b SEB. S A P. Clericorum. Vide late per Abb in c. 3. in 1. no. sup. de postu. præla. & quod no. idem Abb in c. non dubium, de sen. ex com. & in c. cum u. bi. infra de uer. b. sign. Fe. in d. c. non dubium, in 2. no.